



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Quarta vastatio Hungarorum. Cap. XXIII. [i.e. XXIII.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

deliter, in altari sacrificans, peremptus est: in Hasbania, sanctus Libertus, qui euerfa Mechlinia, ad sancti Trudonis monasterium confugerat: ybi ante altare cum socio est occisus: in Artesia, ad sanctum Bertinum Woradus & Winebaldus presbyteri, Gerwaldus & Regenhardus, sive Reginaldus diaconi, qui ad monasterij custodiam relictis, exusto sacro loco, exquisitis cruciatibus sunt interfecti anno octingentesimo sexagesimo primo, in profesto Pentecostes: Nouiomi in vrbis direptione occisus est Emino episcopus.

Sanctus Meingoldus autem Huij occisus est, circa annum nongentesimum, sed non à Nordmannis.

Quarta vastatio Hungarorum.

C A P. XXXIII.

Nondum extincta Nordmānorum vastatione, Hungarorum gens barbara, mortuo Arnulpho Imperatore, per totam Italiam, Germaniam, & Galliam, vt fera tempestas diffunditur, anno nongentesimo tertio, & vario vastationis genere depopulata est has regiones, per annos circiter quinquaginta. Tempore Othonis primi aggressi sunt Lotharingiam, sed virtus Dei per merita sanctorum Vrsmari, & Ermini apud Lobium monasterium ostensa anno quinquagesimo quinto, eos vltra prodire prohibuit. Tunc S. Guibertus, fundator Gemblacensis monasterij, quosdam eorum sua prædicatione conuertit, dum per vicum Gemblacensem ibant, & redibant. Altimontenses autem reliquias sancti Marcelli papæ & martyris in terra defoderant, ne in Barbarorum manus deuenirent.

Claruij

Claruit eodem tempore S. Gerardus abbas, fundator Broniensis monasterij: qui multa templa & monasteria, à Nordmannis euerfa, reparauit, potiffimum in Flandria: Idem ad monasterium suum attulit ossa S. Eugenij Toletani episcopi, sicut Guibertus ad Gemblacum corpus S. Exuperij vexilliferi. Hoc sæculo de Scotia vel Hybernia sancti aliquot viri in Belgio floruerunt. Columbanus abbas Gandau pro Christo se reclusit, ibidemque quietem anno 957. accepit. Forannanus etiam episcopus angelica admonitione de patria Walciodorum, quod tunc à Comite Eilberto inchoabatur, missus est. Paulo pòst anno 1000. B. Dunstanus Dorobernensis episcopus Gandau exfulauit, dum Eduino rege pulso ab Edgario successore reductus est.

Post annum millesimum quis fuerit in Belgio religionis status.

CAP. XXIII.

SANCTUS Macarius patriarcha Antiochenus, resignato patriarchatu peregrinando in Belgiũ nostrum peruenit: in quo & uiuus & mortuus innumeris miraculis claruit. Anno millesimo duodecimo Gandau peste obijt, & sua morte omnium velut mortem, Deo placato, restinxit. Eleuatus est ab episcopis, anno ab obitu circiter quinquagesimo quinto, præfente Philippo Francorum rege, & alijs vtriusque ordinis proceribus.

Claruit hac tempestate Megengaudus Comes cum Gerbirga vxore, cuius sancta proles Aleidis Vilecensi abbatia initium dedit, in qua & deposita est anno 1020. Sequenti anno Wolbedo clariffimus Leodiensium episcopus vitam hanc

F p

morta-